



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 3. Quod munus offerendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO II.

Cur mittit ad sacerdotes?

§.1. Causa dictæ ex parte sunt, ut absque molestia & periculo ad hominū confortia admitti posset. Deinde ut sacerdotio Leviico honorem haberet, eosque hoc beneficio mitigaret, ne se tam contumaciter persequerentur. Id ex Marco confirmatur; nam dixit illi; ostende te principi sacerdotum; honoris causa factum putat Cyprianus Ep. ad Rogatianum, Dominus etiam noster ipse Iesus Christus Rex, & Index & Deus noster usque ad passionis diem seruauit honorem pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: Vade & monstra te sacerdoti & offer donum. Humilitate ea quæ nos quoque humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Lege enim sacerdotum sine sententia publica segregatus erat, oportebat itaque & lege restitui in integrum. Augustinus quæst. Euang. I. carum 3. Probatum hac ratione ait veterum sacrificium, cui succederet corporis eius oblatio. Quod Dominus dicit leproso mundato, vade ostende te sacerdoti & offer munus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. Hic videtur approbare sacrificium, quod per Moysen præceptum est, cum id non receperit ecclesia. Quod ideo inuisse intelligi potest, quia nondum esse caperat sacrificium sanctum sanctum, quod corpus eius est. Nondum enim in passione obtulit holocaustum suum, quo sacrificio confirmato in credentibus populo, templum ipsum euersum est, ubi illa sacrificia offerri solebant. Hoc autem factum est secundum prophetiam Danieli: non enim oportebat auferri significantia sacrificia, priusquam illud quod significabatur confirmatum esset confessione Apostolorum predicatorum, & fide credentium populorum. Et libro I. cap. 19. contra aduersarium legis & prophetarum, probat vetera sacrificia non oblata demonibus. Illum sensum, inquit, veritas ipsa declarat; quia in templo cui seruebat carnaliter Israel non ritique idolum colebatur. Nam si sacrificia, quæ in illo templo secundum veterem legem offerebantur Deo, tanquam idolorum sacrificia damnaverentur, vel tanquam demonis immolata, nullo modo ipse Dominus Christus leproso quem mundauerat, diceret, vade ostende te sacerdoti. & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. Nondum enim dederat pro sacrificio illis omnibus sui corporis sacrificium, nondum suspenderat sui corporis templum. Mittendi igitur & illa causa fuit, ut sacrificia illa honoraret, ostenderetque vnum eundemque Deum esse, qui illa ad significandam suam gratiam in Nouo Testamento conferendam instituit, & qui eodem aduentu gratiæ, velut signa inuicia sustulit.

QVÆSTIO III.

Quod munus offerendum?

§.1. Vidam legunt ad d. 1007 c. 8. quod etiam Syris habet. Leuit. 14. sacrificium constituitur offerendum. Adducitur ad sacerdotem: qui egres- sus de castris, cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipit ei qui purificatur, ut offerat duos passeris viuos pro se, quos vesi licitum est. & lignum Cedrinum, vermiculumque & hyssopum. & vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem vnum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundatus est, septies, ut iure purgetur, & dimittet passerem viuum, ut in agrum auolet.

Duplex ratio offerendi muneris indicatur, sic dicit. In testimonium illis, apud Lucam & Marcum additur, pro emundatione tua. In testimonium illi, in testimonium, in redargutionem, accusationem & documentum, si peruersi vellent esse sententia, ait Chrysostomus. Ipsum in testimonium; multique alii nudum sensum sequuntur, interpretatur noster Sa, alique, ut sit testimonium potestatis meæ, vel me non esse legis euersorem, vel potius ut ipsi sint testes, te vere sanatum esse. Ita Chrysost. alii putant non agi de testimonio miraculi facti, vel seruati à Christo leg. s. Nam Lucas & Marcus ostendunt, non esse ita connectenda, ut dicamus, offerri munus in testimonium illis quod præcepit Moyses: Verum esse sensum, offerri munus, quod munus offerri Moyses præcepit illis in testimonium. Marcus habet, offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis, Lucas xabos, quemadmodum. Ut Moyses præcepisse dicatur, munus offerre in testimonium illis. Moyses vero non præcepit offerri in testimonium potestatis Christi Domini. Hilarius certe can. 7. testimonium hoc ad Moysen præceptum refert: primum quoque recepte salutis qui purgatus est, Deo offerat; ut donum illud non sit ex auri- bus, sed ut homo ipse à sordibus peccati corporis emundatus, in sacrificium Dei transeat: quia quod Moyses in lege præcepit, testimonium sit, non effectus. Quod vero Piscator, testimonium contra ipsos & vult datium à ueritate respondere Hebrææ voci כבוד & præpositionem & valere, contra, idque probat ex Deut. 31. 46. 1. Reg. 8. q. 3. R. g. 2. 42. Pl. Im. 5. 7. ab hoc loco alium est. In Syro enim est כבוד להבדיל lehabadutehun. In testimonium ipsorum, ut etiam Iunius & Tremelius viderunt.

§.2. Emundatio illa non erat à lepra; non enim nisi iam sani sacerdotes adibant; sed mundatio legalis c. Emundatio rat, quæ præcipitur Leuitici 14. 8. Vbi sacrificium am- carimonia- mundato præcipitur. Cumq. lauerit homo vestimen- lis erat. ta sua, radet omnes pilos corporis & lauabitur aqua: purificatusque ingreditur castra, ita dumtaxat, ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septimo radat capillos capitis, barbamque & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, die octauo assumet duos agnos immolatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas simile in sacrificium quæ conuersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Iam mundus castra ingressus erat, tamen sacrificia, quæ à v. 1. ad 32. vsq; scribuntur offerenda erant. Veru 14. dicitur, qui mundatur, cum tamen iam mundus esset, sed de legali sermo est, quæ non modo mundus, sed publice mundus & probatus Reipublicæ & sacrorum esset particeps.

QVÆSTIO IV.

An ex eo quod ostendere iubetur se sacerdoti, probetur confessio auricularis?

§.1. A. S. leuerat Calu. l. 3. c. 4. §. 4. Instit. & Beza nos id facere. Sed multo imprudentius Bulling. us in hunc locum, quem appono, ut genus calumniandi prudens lector agnoscat. [Mirum ergo est, quæ audacia auint Papæ Apostoli, Monachi, huius loci præsidio docere confessionem illam auricularem suam diuina lege esse præceptam, cum hic nulla feratur lex de confessione peccatorum Ecclesiastica, sed politica modo ordinario de inspiciendis leprosis fit biatur. Audax certe saltus est è politica lege in Ecclesiasticam transilire: audacia est ingens pro politica Ecclesiasticam reponere. Alibi quoque Sammaritanus leprosus non ab it ad sacerdotes, sed in itinere sentiens se mundatum esse, redit ad Christum, ac pro